

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Quid circa hoc sciuerit & quid ignorauerit? 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

fio ad phantasmata & sensibilia , ne impeditur eius
eleuatio in id quod excedit omnia phantasmaria , n*c*
di&um * est : & ideo in raptu non fuit necessarium
quod anima sic separaretur a corpore , vt ei non vi-
retur quasi forma . Fuit autem necessarium intellectum
eius abstrahi a phantasmatisbus , & sensibilium per-
ceptione .

Ad primum ergo dicendum , quod Paulus in ip-
silo peregrinabatur a Domino quantum ad statu-
m , quia adhuc erat in statu viatoris : non autem qual-
ad actum , quo videbat Deum per speciem , ut ex-
plicatis * patet .

Ad secundum dicendum , quod potentia animi
tute naturali non eleuatur supra modum conve-
nientem essentiae eius . Virtute tamen diuina potest in-
quid altius eleuari : sicut corpus per violentiam
prioris virtutis eleuatur supra locum convenientem
sibi secundum speciem suae naturae .

Ad tertium dicendum , quod vires anima ve-
bilis non operantur ex intentione animi , sicut in
sensitiæ , sed per modum naturæ . Et ideo non re-
surgentur ad raptum , ab eis abstractio , sicut a potest
sensitiuis , per quarum operationes minorem in-
tentio animæ circa intellectuum cognitionem .

A R T I C . VI.

Vtrum Paulus ignorauerit an anima eius se-
a corpore separata ?

AD sextum sic proceditur . Videtur , quod
Paulus non ignorauerit an eius anima fuerit
corpore separata . Dicit enim ipse secunda al-
lusionis duodecimo , Scio hominem in Christo
primum usque ad tertium cœlum . Sed homo anima
compositum ex anima , & corpore : raptus enim
differt a morte . Videtur ergo quod ipse fecerit
animam non fuisse per mortem a corpore separa-
tam , præsertim quia hoc communiter a doctrina
ponitur .

¶ 2 Præt . Ex eisdem Apostoli verbis patet quod
ipse ,

839
veri. q. 13
a. 5. Et 2
Cor. 12.
Iec. 1. fin.

QVÆST. CLXXV. ART. VI.

529

ipse sciuit quo raptus fuerit, quia in tertium cœlum. Sed ex hoc sequitur, quod sciuerit utrum fuerit in corpore vel non; quia si sciuit tertium cœlum esse aliquid corporeum, consequens est quod sciuerit animam non esse à corpore separata: quia visio rei corporis non potest fieri nisi per corpus. Ergo videtur quod non omnino ignorauerit an anima fuerit à corpore separata.

¶ 3 Præterea, Sicut Aug.* dicit 12.super Gen.ad litteram, ipse in raptu videt illa visione Deum, qua videt 1.12.c.28 sanceti in patria. Sed sancti ex hoc ipso quod vident Deum, sciunt an anima eorum sint à corporibus separata. Ergo & Paulus hoc sciuit.

SED contra est, quod dicitur 2.ad Corint. 12. Siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit.

RESPONDENS dicendum, quod huiusmodi questionis veritatem accipere oportet ex ipsis Apostoli verbis, quibus dicit se aliquid scire, scilicet se raptum esse usque ad tertium cœlum; & aliquid nescire, scilicet utrum in corpore aut extra corpus. Quod quidem potest intelligi dupliciter. Vno modo, ut hoc quod dicitur, siue in corpore, siue extra corpus, non referatur ad ipsum esse hominis rapti, quasi ignorauerit an anima eius esset in corpore an non: sed ad modum raptus, ut scilicet ignorauerit an corpus eius fuerit simul raptum cum anima in tertium cœlum, vel non, sed solum animam sicut Ezech. 8.dicitur, quod adductus est in visionem Dei in Hierusalem. Et hunc intellectum fuisse cuiusdam Iudei exprimit Hieron. in prologo super * Danielem, ubi dicit, Denique & Apostolum nostrum (scilicet dicebat Iudeus) non fuisse auctum affirmare corpore raptum, sed dixisse, siue in corpore siue extra corpus, nescio. Sed hunc sensum reprobavit Aug. 1.12. c. super Gen.ad litteram, per hoc quod Apostolus deinceps se esse raptum usque in tertium cœlum. Unde ergo verum esse tertium cœlum id in quod ratus fuit, & non similitudinem imaginariam tertij cœlum. Alioquin si tertium cœlum nominavit phantasma, Stc. Sec. Vol. ii.

L 1 tertij

*a medio
illius. In-
cipit: Dæ-
nielē pro-
phetam,
to. 4.
* 1.12. c.
2. 3. 4. C.
28. to. 3.*

530 tertij cœli , pari ratione dicere potuit se in corpore raptum, nominans corpus , proprij corporis phantasma, quale apparet in somnis . Si autem sciebat esse verè tertium cœlum, sciebat ergo aut esse aliud spiritual & incorporeum, & sic non poterat corporis illuc rapi; aut esse aliud corporeum , & sic non posset illuc sine corpore rapi , nisi separari a corpore . Et ideo oportet secundum alium sed intellegere , vt scilicet Apostolus sciuerit, quod faturus secundum animam, & non secundum corporis sciuerit tamen qualiter se haberet anima ad corporum scilicet fuerit sine corpore , vel non . Sed causa hoc diuersimode aliqui loquuntur . Quidam enim dicunt, quod Apostolus sciuit, quod anima sua a corpori unita ut forma , sed nesciuit verum esse eius alienationem à sensibus, vel etiam virum effusum ab abstractio ab operibus animæ vegetabilis . Sed si fuerit facta abstractio à sensibus, hoc non poterit separare, ex quo sciuit se raptum . Quod autem fuit ab abstractio ab operibus animæ vegetabilis, non tantum aliud, ut de hoc oporteret tam sollicitam in mentem . Vnde relinquitur, quod nesciuit Apostolus, utrum anima eius fuerit coniuncta corpori forma, vel a corpore separata per mortem . Quod autem hoc concedentes dicunt, quod Apostolus non perpendit quando rapiebatur , quia tota intentio conuersa erat in Deum ; sed postmodum percepit , considerans ea quæ viderat . Sed hoc ei narratur verbis Apostoli , qui distinguit in verbis præteritum à futuro . Dicit enim in presenti ^{tempore} quod fuit raptus ante annos quatuordecim, & in praesenti nescire, utrum in corpore fuerit, vel non corpus . Et ideo dicendum est , quod & prius apostola nesciuit, utrum eius anima fuerit à corpore separata . Vnde August. * dedit 12. super Genesim hanc post longam inquisitionem concludens, ^{ad hanc} fortasse, ut hoc ipsum eum ignorasse intelligamus utrum quando in tertium cœlum raptus est , in corpore secundum.

l. 12. c. 5.
so. 3.

VL
e in corpore
oris phantasi
ciebat illi
e aliquid si
at corporis
& sic anima
separari i
am sensum
quod faciat
in corpore
na ad corpo
non. Sed co
uidam eis
uma sua s
rum esse p
yrum effec
abilis. Sed q
n potuerit
em fuisse
bilis, non er
n sollicitus
nesciun
ta corpor
em. Quo
Apostolus
ia tota c
modum p
oc etiam
it in verba
senti felic
cim, & la
erit, valens
& primus
a corpori
enit, dabo ergo
is, dabo ergo
elligamus vni
in corpore fuc
tit

QVÆST. CLXV. ART. VI. 531

in anima, quomodo est anima in corpore, cum corpus
vivere dicatur, sive vigilantis, sive dormientis, sive in
cellasi a sensibus corporis alienati), an omnino de
corpore exierit, ut mortuum corpus iaceret.

Ad primum ergo dicendum, quod per synecdochen
quandoque pars hominis homo nominatur, & praeci
pue anima qua est pars hominis eminentior. Quam
vis etiam possit intelligi, eum quem raptum dicit, non
tunc fuisse hominem, quando raptus fuit, sed post an
nos quatuordecim. Vnde dicit, Scio hominem: non
dicit, scio raptum hominem Nihil etiam prohiberet mor
te diuinitus procurata, raptum dici. Et sic Augu
lib. 12. c. 3.
stini * dicit 12. super Genes ad litteram, Dubitante ame. 8. 3
inde Apostolo, quis nostrum inde certus esse potuit?
Vnde qui super hoc loquuntur, magis coniecuraliter,
quam per certitudinem loquuntur.

Ad secundum dicendum, quod Apostolus sciuit vel
illud celum esse quid corporeum, vel aliquid incor
poratum a se visum in illo celo: cum hoc potuerit fie
ri per intellectum eius, etiam si anima eius non esset
a corpore separata.

Ad tertium dicendum, quod visio Pauli in raptu,
quantum ad aliquid fuit similis visioni beatorum,
scilicet quantum ad id quod videbatur; & quantum
ad aliquid dissimilis, scilicet quantum ad modum
videndi: quia non ita perfecte vidit sicut sancti qui
sunt in patria. Vnde Augustinus * dicit duodecimo lib. 12. c.
super Genesim ad litteram, Quamvis abrepto Apo
fido a carnis sensibus in tertium celum, hoc de
fuit ad plenam perfectamque cognitionem rerum,
qua angelis inest, quod sive in corpore esset, si
ve extra corpus esset, nesciebat: hoc utique non
debet, cum receptis corporibus in resurrectione
mortuorum, corruptibile hoc induetur incorru
zione.